
Caput I.

De Numeris Exponentialibus.

§. 1. Def.

Numeros Numerantes (Zahlen überhaupt, Zahlen an sich) nominamus eos, qui ad unitatem in genere referuntur. Ab hac itaque numerorum numerantium classe numeros oppositos arcemus.

§. 2. Hypoth.

Litterae m, n, p, q, in sequentibus obviae, numeros tantum numerantes integros, vel etiam zéros significant, reliquae vero litterae, hacce in doctrina obviae, numerorum quorumcunque vices agunt, nisi aliud quid verbis manifestis de illis statuatur.

§. 3. Def.

Productum ex iisdem factoribus, sive productum, quod numerum eundem aliquoties in se ducendo oritur, dicitur *Potentia*. *Potentiae*, pro numero factorum, quorum mul-

A

ti-